

Regularem, ac fruitionem privilegiorum Mendicantibus concessorum.

CLEMENS PAPA NONUS Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§.1. EX inuncto Nobis divinitus apostolica servitutis munere Congregationes Virorum in Ecclesia Dei pie, prudenterque institutas, eas praesertim, quae Pueris non solum literarum rudimentis, sed etiam pietate, moribusque Christianis mature imbuendis laudabiliter incumbunt peculiari favore prosequimur, illarumque felici statui, & prosperis progressibus, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studemus, sicut omnibus matura consideratione perpensis, ad omnipotentis Dei gloriam, ac religionis, bonorumque operum incrementum arbitramur in Domino salubriter expedire.

Congregat. Pauperum, Matris Dei in Religione, trium votorum solemnium, cum eisdem privilegiis approbata fuit a Greg. XV.

§.2. Dudum siquidem cum pro parte tunc existentis Praefecti Generalis Congr. Cleric. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum prius auctoritate apostolica erectae fel. rec. Gregor. PP. XV. Praedecessori nostro expositum fuisset, quod Clerici ejusdem Congregationis, quia tria simplicia paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiae vota emittebant, perfectionis vitae studio ducti, simplicia vota hujusmodi solemniter declarari cupiebant; & tunc existentes S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum, & Regularium praepositi, quibus dictus Gregorius Praedecessor negotium hujusmodi mature examinandum, sibi que referendum commiserat, praedictam Congregationem in Religione trium votorum solemnium approbati posse censuissent, prout in decreto desuper facto dicebatur contineri: Idem Gregorius Praedecessor decretum praedictum, apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit. Et subinde ipse Gregorius Praedecessor Congregationi praedictae, illiusque Ministro, & Clericis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, facultatibus, exemptionibus, aliisque gratiis, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, Ordinibus Mendicantium, illorumque Superioribus, Professoribus, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & Regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut alias quomodolibet per quoscumque Rom. Pontifices Praedecessores d. Gregorii Praedecessores, ipsamque Gregorium Praedecessorem quomodolibet concessis, & quibus ipsi, necnon Ecclesiae, Monasteria, & Regularia loca hujusmodi de jure, usu, & consuetudine, privilegio, aut concessione Apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere poterant, & possent quomodolibet in futurum, dummodo tamen essent in usu, & non essent revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, & Concilii Trid. Decretis, ac

Constitutionibus Apostolicis repugnarent, pari modo non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequè principaliter perinde acsi nominatim, & in specie illis concessa fuissent, uti, frui, & gaudere libere, & licite valerent, dicta auctoritate perpetuo concessis, & indultis, distaque privilegia, immunitates, libertates, facultates, exemptiones, gratias, & indulta eis communicavit, illaque ad eos extendit.

Innocentius X. & Alex. VII. Congregationem a statu regulari ad secularem reduserunt.

§.3. Verum postmodum re: me: Innocentius PP. X. pariter Praedecessor noster Congregationem, sive Religionem praedictam in Congregationem similem Instituto Congreg. Oratorii in Ecclesia S. Mariae in Vallicellae de Urbe erectae S. Philippi Neri nuncupatae absque ulla votorum emissionem regendam, dirigendam, & gubernandam sub certis modo, & forma tunc expressis redegit, & reduxit. Et successively pie me: Alexander PP. VII. etiam Praedecessor noster reductionem eorundem Clericorum a statu Regulari ad statum secularem sub eadem denominatione Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum approbavit, & confirmavit, & quatenus opus esset de novo Congregationem hujusmodi ad statum secularem sub denominatione praedicta reduxit cum diversis statutis, ordinationibus, indultis, declarationibus, & decretis, ac inter alia quodcumque in eadem Congregationem secularem tunc, & pro tempore quodcumque recepti tria vota simplicia, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae cum juramento in eadem Congregatione perpetuo permanendi suo tempore emittere deberent, itaut cum ipsis super votis, & juramento hujusmodi, nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem dispensari, aut illa commutari, vel relaxari respective nullatenus, etiam praetextu, vel vigore quarumcumque facultatum, etiam Cruciate Sanctae, vel Jubilei Universalis possent sub poenis Apostasiae in casum contraventionis.

Alexand VII aliqua decrevit pro bona Congreg.

§.4. Ac demum idem Alexander Praedecessor controversias in dicta Congregatione seculari exortas dirimere, & bonum ipsius Congregationis promovere cupiens, statuit, & decrevit, ut Praepositus Generalis memoratae Congregationis, & quatuor Assistentes tam in Capitulo Generali tunc novissime celebrato electi, quam deinceps in perpetuum eligendi durare deberent ad sexennium tantum; Ipsique Assistentes votum haberent decimum cum eodem Praeposito Generali in electionibus, deputationibus, ac mutationibus quorumcumque Superiorum; Item in causis, & sententiis criminalibus, necnon in quibuscumque aliis actibus, qui ex Constitutionibus, vel Decretis Capitulum Generale fieri, seu expediri deberent a Praeposito Generali, & Assistentibus. In reliquis vero iidem Assistentes votum haberent consultivum, & Praepositus Generalis, quo ad ejus fieri posset eorum consilium sequeretur ad praescriptum Constitutionum ipsius Congregationis, & una omnes cum Praeposito

Gen.

Generali residerent in Domo S. Pantaleonis de Urbe: Praeterea inviolate servari praecipit laudabile d. Congr. Institutum, praecipue in usu associandi pauperes pueros ad eorum Domos; deferendi habitum qualitatis, & formae a praedictis Constitutionibus praescriptae, incedendi pedibus discalceatis, recipiendi ad Scholas pueros aptos ad primaelementa; Adhibendi lectulos ad formam dd. Constitutionum, denominandi personas ejusdem Congregationis non ex cognomine gentilitio, sed ex nomine alicujus Sancti, ac demum servandi etiam in itinere paupertatem, quam operarii hujus Instituti profitentur. In caeteris vero servari iussit antiquas Constitutiones Constitutionis hujusmodi cum omnibus gratiis, indultis, & privilegiis a Sede Apostolica eidem concessis, in his tamen, quae aptarentur, & congruerent statui Congregat. secularis, & his statutis, atque decretis non adversarentur; & alias prout in binis Gregorii die 14. Nov. 1621. & die 15. Oct. 1622., ac unis Innocentii die 16. Mart. 1646., necnon itidem binis Alexand. Praedecessorum praefatorum die 24. Jan. 1656., & die 28. Apr. 1660. respective expeditis in simili forma Brevis litteris, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Supplicatur Pontifex ut Congreg. in primitivo statu regulari reponatur.

§.5. Cum autem, sicut dilecti filii Praepositus Generalis, & alii Superiores d. Congreg. Secularis Cler. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi eandem Congregationem, quo majori perfectione in via Domini de caetero ambulare, ac in laudabili suo Instituto constantius perseverare valeat, ad statum Regularium, & titulum Religionis cum emissionem trium votorum solemnium, quemadmodum a memor. Gregorio Praedecessore, ut praefertur, constituta fuerat, necnon ad fruitionem omnium, & singulorum privilegiorum, immunitatum, facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indultorum, Ordinibus Mendicantibus concessorum, quae eidem Congregationi a d. Gregorio Praedecessore per posteriores suas litteras praefatas communicata fuerunt, restitui, & reintegrari, ac ultimodictarum Alexandri Praedecessoris litterarum observantiam circa tempus durationis Praepositi Generalis in officio Assistentium auctoritatem, usum associandi pauperes pueros ad eorum Domos, habitum, qualitatem, & formam, aliisque omnia per easdem litteras statuta, & decreta firmiter constabilliri summo opere desiderant; Nos prospero felicitate ejusdem Congregationis statui, & progressui, quantum cum Domino possumus salubriter providere, distosque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum

Annuit Pont.

stium presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. praefatae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositi, qui rem mature discussurunt, consilio, eandem Congregationem secularem Cleric. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum ad statum Regularem, & titulum Religionis cum emissionem trium votorum solemnium, ac ad fruitionem omnium, & singulorum privilegiorum, immunitatum facultatum, exemptionum, aliarumque gratiarum, & indultorum Ordinibus Mendicantibus quomodolibet concessorum hujusmodi in omnibus, & per omnia ad limites supradictarum Gregorii Praedecessoris litterarum, & juxta illarum seriem, dispositionem, & tenorem auctoritate, apostolica, tenore presentium reduci-mus restituimus, & reintegramus. Praeterea ultimodictas Alexandri Praedecessoris litteras die 28. Apr. 1660. expeditas cum omnibus, & singulis in eis contentis inviolabiliter, & inconcusse observari, auctoritate, & tenore praedictis praecipimus, & mandamus.

Decretum irritans.

§.6. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§.7. Non obstantibus praefatis Innocentii, & Alexandri Praedecessor. litteris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Congregationis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides danda.

§.8. Volumus autem, ut ipsarum praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent, exhibita, vel ostensa. Dat. Romae apud S. M. M. sub Annulo & c. die 23. Oct. 1669. Anno III.

Dat. die 23 Oct. 1669, An. III.

Z z 2

Con.



CXXXV.

Confirmatio Brevis Pauli V. super licentia  
Alumnis Collegii Nationis Scotorum  
Parisiens. concessa celebrari facien. in di-  
cto Collegio, & suscipien. Ordines Sa-  
cros ad Titulum Paupertatis.

CLEMENS PAPA NONUS  
Ad futuram rei memoriam.

Recessit  
Bulla Pauli V

§.1. **D**udum emanarunt a fel. rec. Pau-  
lo Papa V. Præd. nostro ad favo-  
rem Alumnorum Collegii Nationis Scoto-  
rum Parisien. literæ in simili forma Brevis  
tenoris, qui sequitur, videlicet: Paulus Pa-  
pa V. Ad futuram rei memoriam. Dilectos  
filios Alumnos Collegii Nationis Scoto-  
rum Parisien. specialibus favoribus, & gra-  
tiis prosequi volentes, & eorum singulares  
personas a quibusvis excommunicationis  
suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-  
clesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a  
jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa latis, si quibus quomodolibet inno-  
data existunt, ad effectum presentium,  
dumtaxat consequendum harum serie ab-  
solventes, & absolutos fore censentes, sup-  
plicationibus dilecti filii nostri Maffei Ti-  
tuli S. Honuphrii Presbyteri Card. Barbe-  
rini nuncupati Regni Scotiæ apud Nos, &  
Apostolicam Sedem Protectoris, super hoc  
humiliter porrectis inclinati, ejusdem Col-  
legii Superioribus, ut arbitrio Ven. Fratris  
Guidonis Archiepiscopi Rodien. moderni,  
& pro tempore existentis nostri, & Sedis  
Apostolicæ in Regno Franciæ Nuncii in-  
privato dicti Collegii Oratorio ad hoc de-  
center instructo, & ornato, seu extruendo,  
& ornando ab omnibus domesticis usibus  
libero per Ordinarium loci prævis visitando  
& approbando Sacrosanctum Missæ Sacri-  
ficium in sua, & Alumnorum, ac aliarum  
personarum dicti Collegii presentia cele-  
brare, seu celebrari facere necnon eisdem  
Alumnis, ut absque literis dimissorialibus  
suorum Ordinariorum, ac etiam sine titu-  
lo Beneficii Ecclesiastici, vel Patrimonii,  
sed ad titulum tantum paupertatis a quo-  
cumque quem maluerint Catholico Anti-  
fite Gratiæ, & Communionem Apostoli-  
cæ Sedis habente in propria Diocesi resi-  
dente, vel in aliena de Diocesi loci con-  
sensu Pontificalia exercent per eos eligen-  
do clericali charactere insigniri, & ad qua-  
tuor minores, necnon Sacros Subdiaconatus,  
Diaconatus, & Presbyteratus Ordines  
in temporibus ad id a jure statutis, dum-  
modo tamen prævio examine ad id reperti  
fuerint idonei, & nullum eis aliud Ca-  
nonicum obset impedimentum, necnon  
testimonio Rectoris, & Superiorum dicti  
Collegii commendentur, specialemque  
ab ipsis licentiam obtineant, & servatis  
alias servan. promoveri, & promoti in il-  
lis etiam Altaris ministerio ministrare li-  
bere, & licite possint, & valeant Aposto-  
lica auctoritate tenore presentium conce-  
dimus, & indulgemus, ac tam Antifiti,

ut probentur, quam Alumnis probatis li-  
centiam desuper impartimur.

§.2. Non obstant. Apostolicis, ac in  
Universalibus, Provincialibusque, & Sy-  
nodalibus Conciliis editis generalibus, vel  
specialibus Constitutionibus, & Ordina-  
tionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud S. M. M. sub Annulo  
Piscatoris die 27. Maii 1667. Pontificatus  
nostri Anno XII.

§.3. Cum autem, sicut pro parte dile-  
ctorum filiorum Alumnorum dicti Colle-  
gii Nobis nuper expositum fuit, ipsi præ-  
missa Apostolice muniminis nostri patroci-  
nio roborari plurimum desiderent.

§.4. Nos specialem ipsis Alumnis gra-  
tiam facere volentes, & eorum singulares  
personas a quibusvis excommunicationis,  
suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-  
clesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a  
jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa latis, si quibus quomodolibet inno-  
data existunt, ad effectum presentium dum-  
taxat consequendum harum serie ab-  
solventes, & absolutos fore censentes, sup-  
plicationibus Ven. Fratris nostri Francisci  
Episcopi Ostien., & Veliterni. S. R. E. Car-  
dinalis Barberini nuncupati moderni, Re-  
gni Scotiæ prædicti apud Nos, & Sedem  
eamdem Protectoris Nobis super hoc hu-  
militer porrectis inclinati, præinsertas  
Pauli Prædecessoris literas cum omnibus,  
& singulis in eis contentis auctoritate Apo-  
stolica tenore presentium approbamus, &  
confirmamus, illisque inviolabilis Aposto-  
licæ firmitatis robur adiciamus, ac illis ad  
quos spectat, & pro tempore spectabit in  
omnibus, & per omnia plenissime suffraga-  
ri debere, irritumque, & inane, si secus  
super his a quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit atten-  
tari, decernimus.

§.5. Non obstantibus omnibus, & sin-  
gulis illis, quæ dictus Paulus Præd. in suis  
literis præinsertis concessit non obstante, ce-  
terisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam  
Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26.  
Octobr. 1669. Pont. nostri Anno III.

CXXXVI.

Confirmatio extinctionis antiqui, & erectio  
novi Montis Collegii Secretariorum  
Apostolicorum, de numero Participantium.

CLEMENS PAPA NONUS  
Ad futuram rei memoriam.

§.1. **N**uper pro parte dilectorum filio-  
rum Collegii Secretariorum  
Apostolicorum de numero Participantium  
Nobis expositum fuit, quod ipsi in execu-  
tionem quarundam nostrarum in simili  
forma Brevis literarum die 4. Januarii pro-  
xime præteriti expeditarum, antiquum  
Montem Secretariorum Apostolicorum,  
nuncupatum dudum ab eorum antecesso-  
ribus de licentia Sedis Apostolicæ erectum  
& su-

Petit confirmatio Pont.

Confirmatio Pontifex.

Decretum irritans.

Derogatio contrariarum

Dat. die 26. Oct. 1669. An. III.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Exordium.

& subinde depari licentia auctum, restituo  
illius montistis pretio, perpetuo suppresserunt,  
& extinxerunt, ac ad effectum restituendi  
pretium hujusmodi, novum Montem sub  
eadem denominatione quadringentorum  
quingenta octo locorum, cum tribus quartis  
partibus alterius similis loci ad rationem  
pretii, seu sortis centum, & redditus annui  
quat. scut. monetæ Romanæ pro quolibet  
loco erexerunt, & instituerunt, & alias  
prout uberius continetur in literis nostris  
præfatis, ac publico desuper confecto In-  
strumento tenoris, qui sequitur videlicet:  
In nomine Domini Amen Præsenti publico  
Instrumento cunctis ubique pateat evidenter,  
& sit notum quod Anno ab ejusdem D. N. J. C. Nativit. 1669.  
Indict. 7., die vero 16. mensis Maii Pont.  
autem SS. in Christo Patris, & D. N. D. Cle-  
mentis div. prov. PP. IX. Anno ejus II. In  
mei Collegii Illmo. & Rmo. Dominorum  
Secretariorum Apostolicorum Cappellani,  
& Montis Collegii Secretarii, ac Notarii  
publici in Archivio Romanæ Curie descripti,  
& Petri Gentilis Catalani R. C. A. Notarii,  
testiumque infra scriptorum presentia præ-  
sentes, & personaliter existentibus Illmo.  
& Rmo. D. Joanne Baptistâ Costagutus, &  
Illmo. Dno D. Ferdinandus Raggius Defensores  
Eius, & Rmo. D. Cardinal. Sigismundus  
Chifus, & pro eo admodum R. D. Franc. Sil-  
vanus, Illmo. & Rmo. D. Franc. Maria Phe-  
beus Archiep. Tarsensis Præceptor S. Spiritus  
pro Ven. Archiepisc. S. Spiritus, Illmo. &  
Rmo. Dno Hieronymus Gastaldus Illmo. &  
Rmo. D. Franc. Martellus, Illmo. & Rev. D. Franc.  
Maria Victorius, Illmo. & Exmo. D. Augustinus  
Chifus, & pro eo Dno Gregorius Satus, Illmo.  
Dno Marchio Martius Ursinus, Illmo. D. Sigis-  
mundus Raggius, & Illmo. Dno Carolus Salu-  
satus omnes Secretarii Apostolici, & de numero  
Participantium in Cancellaria Apost. in loco  
solito, & consueto pro rebus, & negotiis  
dicti Collegii collegialiter congregati majorem,  
& saniozem partem ejusdem Collegii constitu-  
entes, qui alias vigore indulti, & facultatis  
d. Collegio concessæ per fel. rec. Sixtum  
Papam V. sub dat. die 17. Febr. 1586. erexerunt,  
& constituerunt unum Montem viginti quin-  
que mil. scut. auri in auro pro rehabendo,  
& recuperando Officium Secretariatus  
Apost. & subinde vigore alterius facultatis  
& indulti ejusdem fel. rec. Sixti d. Montem  
auxerunt in aliis scutis duodecim millibus  
similibus pro rehabendo, & recuperando  
Officium alterius Secretarii Domestici  
Brevium, quæ Principibus scribuntur  
pt. rehabuisse, & recuperasse asseruerunt,  
& latus prout in Instrum. in actis mei & c. die  
prima Martii 1586., seu & c. celebrato, ad  
quod & c. in executionem, & vigore Lit.  
Apost. SSmi D. N. Clementis div. provid.  
Papæ IX. in forma Brev. sub dat. Romæ die

4. Jan. 1669. prox. præd. expeditarum, quas  
præ manibus habens idem Illmo. & Rmo.  
Dno Costagutus Defensor mihi signavit,  
ad effectum presentis Instrum. inferen-  
tenoris sequen. videlicet: Clemens PP. IX.  
Ad futuram rei memoriam. Dudum cum  
fel. rec. Sixtus Papa V. Præd. noster Offi-  
cium Secretarii Domestici quod tunc in  
humanis agens Joannes Baptistâ Canobius  
exercebat, suppresserunt, ac illius exercitium  
cum omnibus, & singulis suis honoribus,  
& oneribus, ac emolumentis Collegio  
Secretariorum Apost. restituere, seu illis de  
no. concedere, & assignare intenderet,  
& Collegium prædictum pro restitutione, seu  
concessione hujusmodi, aliisque de causis  
summam 25. mil. scut. auri in auro, seu  
illorum valore ipsi Sixto Præd. obtulisset,  
Idem Sixtus Præd. d. Collegio, quo com-  
modius, & minori dispendio summam  
prædictam congerere valeret, ut unum  
Montem a quibusvis gravaminibus omni-  
no liberum, immunem, & exemptum  
dictam summam 25. mil. scut. non exceden-  
tem, cujus loca vacabilia non essent, super  
proprietate, & grossa, seu massa dicti  
Collegii ad rationem fructuum reperibilium,  
pro quolibet centenario ad instar Montis  
Pacis, & aliorum montium Provincialium  
ab ipso Sixto Præd. alias erectorum cum  
omnibus, & singulis facultatibus, indultis,  
privilegiis, & clausulis in illis expressis  
erigere, & instituire, necnon pro securitate,  
& indemnitate Emptorum dictorum loco-  
rum, omnia, & singula dicti Collegii bona  
in ampliori forma Cam. Apost. obligare,  
& hypothecare, obligationesque, & hypo-  
thecas cum quibusvis promissionibus, fide-  
jussionibus, cautionibus, cautelis, conven-  
tionibus, clausulis, & decretis omnibus  
consuetis, necessariis, & opportunis præstare,  
ceteraque ad hoc necessaria facere libere,  
& licite valeret, licentiam, & facultatem  
concessit, prout in ipsius Sixti Præd. literis  
desuper in simili forma Brevis die 17. Febr.  
1586. expeditis latus continetur, & sub-  
inde postquam Instrumentum Ereptionis  
d. Montis, ejusque distributio subsecuta  
fuerant, cum dictus Sixtus Præd. Officium  
alterius Secretarii Domestici Brevium quæ  
Principibus scribuntur, quod quon. Anto-  
nius Buccapadulus eatenus exercuerat pa-  
riter suppresserunt, illiusque exercitium  
cū omnibus, & singulis illius honoribus,  
oneribus, & emolumentis eidem Collegio  
concedere, & assignare intenderat, d. vero  
Collegium pro concessione, & assignatione  
hujusmodi summam 12. mil. scut. similibus  
solvere, & ad id necessaria parare desi-  
deraret: Ipse Sixtus Præd. eidem Collegio,  
ut Montem prædict. 20. mil. scut. auri ad  
monetam tunc reductorum ad aliam sum-  
mam 12. mil. scut. auri in auro distribuendum,  
vel etiam si opus foret ad monetam  
pariter reducen. cum eisdem facultatibus  
juribus, & privilegiis extendere, & augere  
libere pariter, & licite posset, sexennio  
intra quod Montem prædict. extingui vo-  
luerat, ad alios sex annos prorogato, &  
alias



alias sub certis modo, & forma tunc expressis licentiam pariter concessit, & facultatem, prout in cedula motus proprii manu ipsius Sixti Præd. signata, sive in Lit. Apost. desuper expeditis cujus, seu quarum, necnon aliarum literarum prædict. tenores, & datas etiam veriores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Cum autem sicut pro parte dilectorum filiorum modernorum Secretariorum Apost. Collegii præd. Nobis nuper expositum fuit, Mons præd., ut præfertur, erectus, & auctus in ducentis septuaginta octo locis, quorum pretium in moneta ad rationem centum scut. monetæ pro quolibet loco, ac in aliis centum viginti locis, quorum pretium in auro ad rationem centum scut. auri in auro pro quolibet locorum hujusmodi respective constituta fuerunt, de præfenti consistat, & pro quolibet eorumdem locorum fructus Anni ad rationem 5. scut. monetæ, vel auri respective Montis a d. Collegio de præfenti adhuc solvantur, ipsi vero Exponentes, ut ejusdem Collegii conditionem efficiant meliorem, novum Montem quadringentorum octo locorum ad rationem pretii centum, & fructus annui quatuor scut. mon. pro quolibet loco erigere, & instituere, illiusque loca d. pretio vendere, ac pecunias inde proventuras in extinctionem, & redemptionem alterius Montis prædicti convertere, & erogare, atque ita ipsum Montem restituito singulis Montis pretio, quoad illos quidem quorum loca in moneta creata, seu ad monetam redacta fuerunt, ad rationem 100. scut. mon. pro quolibet loco, quoad illos vero, quorum loca in auro constituta reperiuntur, ad rationem centum, & quadraginta scut. mon. parium, quæ 100. scut. auri in auro juxta præfentem cursum constituunt, itidem pro quolibet loco penitus, & omnino suppressere intendant, si nostra, & hujus S. Sedis sibi super hoc licentia suffragetur, & facultas, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut quandoquidem id in neminis injuriam, sed in notabilem præd. Collegii utilitatem sit cessurum, opportune sibi in præmissis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apost. dignemur. Nos igitur Collegii prædicti, in quo singulari in Nos, & hanc S. Sedem fide, doctrina, prudentia, & usu rerum, & negociorum ad Rom. Cur. ex omnibus Christiani Orbis partibus confluentium, necnon dexteritate, industria, & probitate præstantes Viri connumerantur, commodis, atque utilitatibus paterno affectu consulere, ipsiusque Collegii singulares personas a quibusvis excommunicat., suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiast. sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac Instrumenti super erectione Montis suppressendi præd., seu aliarum scriptura-

rum desuper confectarum, necnon erectionum omnium, & singulorum aliorum Montium præd. tenores pariter, & datas, ceteraque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis, & exactissime specificatis habentes, eidem Collegio, ut unum novum Montem Secret. Apost. nancupandum pariformiter, a quibusvis gravaminibus omnino liberum immuncem, & exemptum, cujus loca vacabilia non sint, & numerum, quadringentorum quinquaginta octo non excedant, ad rationem pretii 100., & annui fructus quatuor scut. monetæ prædictæ pro quolibet loco super proprietate, & grossa, seu massa d. Collegii ad instar Montis Pacis, & aliorum Montium Provincialium alias erectorum prædict. cum omnibus, & singulis facultatibus, indultis, privilegiis, & clausulis in erectionibus Montium hujusmodi expressis, & non expectato, nec requisito Secret. Apost. absentium consensu, erigere, & instituere, illiusque loca per dilectos filios Defensores d. Collegii pretio præd. quibuscumque personis, & locis piis, & prophanis vendere, & alienare, pecuniasque inde proventuras in redemptionem, & extinctionem alterius Montis Secret. Apost. præd. sicut præfertur, & non in alios usus convertere, & erogare atque ita ipsum Montem, restituito illius Montis pretio una cum fructibus, usque ad diem redemptionis, & extinctionis hujusmodi decursis, & per quindecim dies immediate subsequentes juxta stylum in similibus extinctionibus, seu extractionibus servari consuetum penitus, & omnino suppressere, necnon pro securitate, & indemnitate Emptorum locorum Montis hujusmodi omnia & singula ipsius Collegii bona, illorumque fructus, redditus, & proventus in ampliori forma Camere Apost. præd. obligari pariter, & hypothecare, obligationesque, & hypothecas cum quibusvis promissionibus fidejussionibus, cautionibus, cautelis, conventionibus, clausulis, & Decretis consuetis, & alias quomodolibet necessariis, & opportunis præstare, ceteraque desuper quovis modo necessaria, & opportuna facere, & exequi libere, & licite possit, & valeat quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, & licentiam, auctorit. Apost. tenore præsentium concedimus, & impartimur. Decernentes eorumdem locorum novi Montis Emptores, & quoscumque alios in præmissis interesse quomodolibet prætendentes, ad probandum, seu verificandum in quos usus pecuniæ per eos respective præfite converte fuerint, nullo unquam tempore teneri, nec obligatos fore, neque locorum hujusmodi fructus in sortem unquam computari posse; Præfentes vero literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque

causæ propter quas ipsæ præfentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso nullatenus unquam de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari in controversiam vocari, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu intentari, vel etiam motu proprio, ac de Apost. potestatis plenitudine concessio, vel emanato quæpiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvari posse, sed ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Collegio, & Emptoribus prædictis, aliisque ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordin. & deleg., etiam causarum Palatii Apost. Audit. ac S. R. E. Camerarium & alios Card. necnon Theaur. Gen., Præfidentes, Clericos, Commissarios, ceterosque d. Cam. Officiales, & Ministros, & alios quoscumque quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter spectat, & interpretandi facultate, & auctorit. judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant. quatenus opus sit re: me: Pii PP. IV. Præd. pariter nostri de gratiis quæcumque interesse d. Camere concernen. in eadem Cam. intra certum tunc expressum tempus præfentandis, & registrandis, ita ut præfentes literas ibidem præfentari, et registrari nunquam necesse sit, aliisque Constit. et Ordin. Apost. necnon omnibus, et singulis illis quæ memoratus Sixtus Præd. in suis literis, seu cedula motus proprii supradictis voluit non obtinere, ceterisque contrariis quibusvis. Volumus autem, ut pecuniæ ex venditione locorum novi Montis hujusmodi proventuræ in actu earum solutionis unico contextu in redemptionem, et extinctionem alterius Montis præfati sicut præfertur integre convertantur, vel saltem penes dilect. fil. Vincentium Bavellium Deposit. Collegii prædicti deponantur, inde non amovendæ nisi ad effectum illas sic convertendi, & erogandi, utque idem novus Mons vigore præfentium erigendus intra 12. annos ab illius erectione computandos extingui debeat. Dat. Romæ apud S. M. M. sub Annulo Piscat die 4. Jan. 1669. Pont. nostri Anno II. I. G. Slusius Loco 7. Annuli Piscat. ac juxta illius formam continentiam, & tenorem, & non alias &c. prædicti Illmi DD. Secretarii Apost. sic, ut supra congregati unanimiter, & concorditer, & nemine ipsorum contradicente sponte &c. ac omnibus &c. d. Montem, ut supra

erectum, & auctum cum omnibus illius juribus penitus, & omnino suppresserunt, & extinxerunt, ac pro suppresso, & extincto haberi, & censeri voluerunt, ac nullius roboris, & momenti existere, minusque amplius durare, aut esse decreverunt, & declarant ac declarant, & ita &c. non solum &c. modo præd. &c. sed etiam omni &c. Hanc autem suppressionem &c. iidem Illmi DD. Secretarii Apost. ut supra collegialiter congregati fecerunt, & facere dixerunt, & declarant ad formam dd. Lit. Apost. ut supra, & non alias &c. stante Cedula Bancaria gratis, & amore, & absque ulla spe aliquid consequendi sub quovis prætextu, nec etiã ratione damni emergentis, & lucri cessantis facta ab Illmo D. Vincentio Bavello ejusdem Collegii Deposit. de solvendo Montis d. Montis pretium locorum, ut supra extinctorum, & suppressorum, quem idem D. Vinc. Bavellius ibidem præfens &c. suis præ manibus habens mibi &c. consignavit ad effectum præfenti Instrumento inferendi tenoris sequentis videlicet. Si è dato credito all' Illmo Sig. Montisti del Monte Segretario a oro, e Segretario a moneta di sc. quaranta cinque mila ottocento settantacinque moneta quali si doveranno pagare con ordine degl' Illmi Sig. Defensori del Collegio di d. Sig. Segretario Apost. in conto appartenente per doverne esser rimborsati dal d. Collegio in conformità dell' Instrum. rog. per gl' atti del Gentile Catalani, al quale &c. In fede questo di 16. Mag. 1669. per sc. 45875. moneta Vincenzo Bavello. Hujusmodi autem Cedula D. Bavellius fecit, eo quia viceversa præd. Illmi, & Rmi Dni Defensores & Secret. Apost. ut supra congreg. nomine d. Collegii, & non alias &c. de quo &c. promiserunt, et esse obligarunt deponere in Banco d. Dni Vincentii Bavello sc. quadraginta quinque mil. octingenta septuaginta quinque moneta seu etc. pro pretio dd. locorum Montium, ut supra extinctorum, et suppressorum retrahenda ex pretio aliorum Montium Secret. ut inferius dicitur Apost. auctoritate erigen. hic Romæ libere etc. alias etc. Et insuper præd. Illmus D. Vinc. Bavellius sponte &c. ac omnibus promisit &c. reddere bonum, & fidele computum d. Illmi Dni Secret. Apost. ut supra præfentibus &c. de pecuniis penes ipsum, ut supra deponendis, & restituere quicquid supererit cui, vel quibus d. Illmi D. Secretarii Apost. mandabunt infra annum ab hodie proximum absque ulla contradictione, & exceptione hic Romæ libere alias &c. & facta restitutione reliquatus sit liber, & exemptus ab omni, & quacumque obligatione pro summa restituta, & non alias &c. quia sic &c. Et successive in executionem pariter, et vigore supranarratarum Lit. Apost. prælibati SS. D. N. PP. Clem. IX., ac juxta illarum formam, continentiam, et tenorem et non alias etc. de quo etc. præd. Illmi D. Secretarii Apost. ut supra congregati sponte etc. ac omnibus etc. d. Collegii nomine et non alias etc. de quo etc. pariter unanimiter, et concorditer, ipsorumque nemine

contra-



contradicente utentes facultate, et auctoritate ipsis in d. literis per SS<sup>m</sup>um concessa et attributa unum novem Montem non vabilem Secret. Apost. pariter nuncupant ab omnibus, et quibuscumque gravaminibus omnino liberum, immunem, et exemptum in summa locorum quadringentorum quinquaginta octo cum tribus quartis, et non ultra ad rationem pretii in valore sc. 100. et annui fructus sc. 4. monetæ Romanæ Juliorum decem pro scuto pro quolibet loco super proprietate, & grossa, seu massa d. Collegii ad instar Montis Pacis, et aliorum Montium Provincialium alias per fel. rec. Sixtum PP. V. erectorum, prout ante illius extinctionem extabant, erexerunt, et instituerunt, illoque sic erecto, et instituto pro dote, et futuris illius Creditoribus annuam summam sc. mille octingentorum, triginta quinque, seu etc. salvo omni meliori calculo ex proprietate, et grossa, seu massa d. Collegii quam nulli hucusque obligatum esse affirmarunt eadem auctoritate Apost. eis ut supra concessa, et attributa eisdem modo, et forma, ut d. Monti, sic, ut supra nuper extincto applicata, et obligata reperiebantur, assignarunt, appropriarunt, applicarunt, et obligarunt, ac per supradict. D. Bavellum, et pro tempore deputandum Deposit. de bimestri in bimestre in fine cuiuslibet bimestris incipien. a Kal. Junii proxime venturi ad suprad. ratam annuorum sc. 4. pro quolibet loco solvi mandarunt libere, et absque ulla diminutione, ipsumque Montem, illiusque futuros Montissas in ipsum, & d. eorum Collegii locum quoad integram sum. præd. ejusque liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem etiam irrevocabiliter posuerunt, substituerunt, & subrogarunt, ac ab omnibus ejusd. Collegii pro d. rata emolumentis separarunt, & dismembrarunt, ac alias in omnibus et per omnia juxta dd. Lit. Apost. formam continentiam, & tenorem, & non alias &c. de quo &c. Et insuper pro ulteriori ipsarum Lit. Apost. executione, & juxta illarum formam, & non alias promiserunt nomine d. Collegii d. Montem, ut supra nuper erectum infra 12. annos ab hodie prox. venturos extinguere, pretiumque ipsius Montis extinguendi, Montissas reddere, & restituere hic Romæ libere &c. alias &c. etiam ad omnia damna de quibus &c. lidem Ill<sup>m</sup> DD. Secret. Apost. suprad. eorum Collegium illius bona, & massam, seu grossam, ac proprietatem, & fructus in ampliori forma Rev. Cameræ Apostolicæ cum solitis clausulis &c. citra &c. non autem sese ipsos, eorumque hæredes, aut bona propria de quo &c. obligarunt &c. cuicumque appellationi &c. renunciarunt &c. & in mandatum executivum unica &c. consenserunt &c. & sic tactis pectoribus, et scripturis respective jurarunt etc. super quibus omnibus, et singulis præmissis petatum fuit a me eodem Cappellano Secretario, et Notario, ut unum, vel plura publicum, seu publica conficerem, atque traderem Instrumentum, seu Instrumenta prout opus fue-

rit, & requisitus ero. Actum Romæ in Cancelleria Apostolica in banco, ubi Abbreviatores de majori residere, & Congregationes celebrari solent, præsentibus ibidem, audientibus, & intelligentibus DD. Antonio Maria Lanciano fil. quon. Antonii de Monte Callio Tiburtin. Dicocef. & Thoma Philippo Pontio fil. D. Antonii Romano testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis, atque rogatis. Ego Joannes Spinosa Vicarius Cappellanus Secretarius, & Notarius Apostolicus in Archivio Romanæ Curie descriptus de præmissis rogatus præfens Instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus &c.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes numero quadringentorum quinquaginta octo locorum, ad quem dictus novus Mons per præinsertas nostras literas restrictus erat, tres quartas partes alterius loci similis superaddiderint, ut novus Mons huiusmodi cum antiquo extincto, & suppresso exæquaretur; Ipsique Exponentes præmissa, quo firmius subsistant Apostolicæ confirmationis nostre patrocinio communiri summopere desiderant: Nos singularium erga Nos, & Sedem Apostolicam fidei, & devotionis, aliorumque multiplicium meritorum, quibus eisdem Exponentes præditos esse novimus, intuitu, specialem eis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, perpetuam suppressionem, & extinctionem dicti Montis antiqui, ac illius loco, & pro ejus extinctione erectionem, & institutionem novi Montis quadringentorum quinquaginta octo locorum cum tribus quartis partibus alterius loci huiusmodi a memoratis Exponentibus factas, ut præfertur, confectumque desuper Instrumentum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adiicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque tam ex juris communis, & Constitutionum, Apostolicarum, quam ex dicti Collegii, aliorumve quorumlibet statutorum, & consuetudinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum, necnon privilegiorum quorumlibet præscripto, seu de stylo, et alias quomodolibet in similibus, etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet quantumvis magnos, et substantiales, ac specifica mentione dignos defectus, si qui in præmissis principaliter vel accessorie, aut alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel prætendi possent

Petitur confirmatio.

Decretum irritans.

sent plenissime supplemus, et sanamus, ac penitus, et omnino tollimus, et abolemus. §. 3. Decernentes eandem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores ac S. R. E. Camerarium, et alios Cardinales, necnon Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, Thesaurarium Generalem, Commissarium, aliosque Officiales, et Ministros, ceterosque quoslibet quacumque præminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, &

definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus literis nostris præinsertis, ac quatenus opus sit præfata Pii IV. Prædecessoris nostri de gratis qualemque interesse dictæ Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis, ita ut præsentem literas ibidem præsentari, et registrarum nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, et singulis illis, quæ in eisdem literis concessimus non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. M. M. sub Anno Piscatoris die 29. Novem. 1669, Pontificatus nostri Anno III.

Derogatio contrariorum

Dat. die 29. Nov. 1669. An. III.

Finis Pontificatus Clem. IX.